



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniuersæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Capiut 8. De Parocho.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

Sauech de matrim. lib. tertio d. 28. numero 5.

⁵⁰ Quamvis sede vacante possit de iure
Nequit se-
de vacante
Mendican-
tium licen-
tiam ad
audiendas
confessio-
nes reuoca-
re.
communis licentias & approbationes Religio-
sis concessas confessiones Regularium audien-
di, retrocare, necnon praedicandi, siue sint
absolote concessas, siue ad certum tempus:
spectatis tamen Regularium privilegiis, aliter
est dicendum. Nequit enim Mendicantibus
reuocare licentiam ad confessiones audiendas,
ad praedicandum, & ad aliqua vota emissa
in pra opera commutandum, ob speciale pri-
uilegium Dominicanis concessum a Clemente
IV. in Bulla *Exigentibus vestra deuotionis
meritis*, Rodrig. in *Bullario*, Bulla 4. Clem.
IV. c. 10. q. 9. Reg. q. 59. d. 6.

⁵¹ Ad Capitulum non pertinet, vacante sede,
Nec gra-
tias mere
voluntarias
conferre.
gratias mere voluntarias, siue donationes siue
debito necessitatis conferre, aut commodas
Episcopatus distringere. Glos. recepta ad Cap.
1. de instit. in 6.

CAPVT VIII.

De Parocho.

⁵² De paro-
cho legiti-
mitate, et
c.

PAROCHVS secundum intra debet
esse legitimus, & qui illegitimè na-
tus beneficium curatum habet abs-
que, pontificis dispensatione, nec potest redi-
tus percipere, nec beneficium retinere. De-
bet annum vigesimum quintum agere, & post
beneficii collationem intra annum fieri Sacer-
dos, aliter ipso facto titulum perdet. debet esse
idoneus officio, unde cui scientia necessaria de-
est, nec animum discendi habet, vel cognos-
cit se ad dicendum aptum non esse, vel pec-
cator est publicus, nec de emendatione co-
gitat, suscipiendo beneficium curatum le-
thaliter delinquit. Cap. *Cum in causis*, de
elect. Cap. *Licet canon de elect.* in 6. Trident.
ses. 6. c. 5. 7. capit. 3. Tolet. l. 5.

⁵³ Duodecim
Parochi
obligationes
recensio.

Duodecim ex Doctoribus Parochi obliga-
tiones collegi. Prima est, si aliquid ei deest
ad officium obendum necessarium, tenetur,
in quantum potest curam adhibere, vt discat
si ignorans sit, & se corrigat, si vitam prauā
degit. Secunda, residere obligatur. Tertia,
debet celebrare Dominicis, ac Festis diebus
& aliis iuxta loci consuetudinem. Quarta, te-
netur populo, eumque necessaria ad salutem
edocere, puta symbolum, & Decalogum,
nater noster, & peccata communia genera-
lesque virtutes, Incarnationis mysteria. Porro
magna in his docendis negligentia letalis

est. Quinta, tenetur ministrare Sacramenta
non solum tempore obligationis, sed etiam
cum ex deuotione suscipiuntur. Sexta, tenetur
sua in Parochia peccatores publicos inquit-
tere, & vitia publica corrigere per se, vel epi-
scopo manifestare. Septima, debet infirmos
Paro. huc suae visitare, scireque, an Sacra-
mentis indigeant. Octaua, tepere etiam pau-
peres suae Parochiae, licet inde nullam speret
elemosynam, illorumque animas Deo com-
mendare. Nona, tenetur promissum sacri-
ficium absque mora implete. Quia grauis in-
iuria est, animam in purgatorio ob eius incuriam
detineri, vel rei postulatam differri consecra-
tionem, & Cap. *Qui oblationes* 13. q. 2. defun-
ctorum necatores appellantur, qui eorum de-
tinent oblationes. Decima tenetur cetero-
nis muneris sui recte scire. Quia alias, sese
errandi periculo exponit. Vndecima, nimis cum
Parochianis familiaritatem debet euitare, loca
suspecta fugere, rusticum tamen, nec ansterum
nimium se non ostendat. Duodecima, tenetur
discordias inter parochianos componere.
Quia eius officij est, gregis damna vitare. De
munditia autem Ecclesiae, Altarium, purificato-
riorum, & speciatim corporalium curare de-
bet. Quia Cap. *Relinqui volumus, de custodia
Eucharistiae* hoc praecipit: *Nimis videtur
absurdum in sacris sordibus negligere, quae dede-
ceret etiam in profanis*, Laym. l. 5. r. 6. c. 13. n. 1.
& 2. Tolet. l. 5. c. 5. Bonac. com. 2. d. 6. q. unica
pun. 8. n. 4. Nauar. sum. 6. 2. 5. n. 131. Filluc. r.
22. n. 46. & 47. Sa. v. *Parochus* n. 4.

⁵⁴ Quomodo
se gere
debeat con-
fessiones in-
fectorum
contagio
audiatum.
Auditurus confessiones eorum qui peste, vel
contagio simili morbo sunt infecti, curare
debet, vt si fieri possit, in loco rari non infecto
sit constitutus, vnde ipsi infirmitati obligati
sunt in cubiculo, aut domo, ad confitendum,
egredi ad fenestram, Parocho foris stante, de-
portari, si id sine graui incommodo eorum
fieri queat. Si vero infirmus egredi, vel loco
eo moueri non valeat, nec tam alta voce co-
fiteri, vt in loco distanti possit audiri, seu pro-
pter infirmitatem, seu propter simul decumben-
tes: tunc Parochus debet accedere, & penitē-
tes in secreto audire. At si timeat contagionis
periculum, & non audeat cum penitentibus
diu morari, poterit eis dicere, vt grauiora que-
dam, aliis omissis, aperiant. Quia sicut peni-
tens excusatur, quominus integram peccato-
rum confessionem teneatur gerere, si ex ea
mortis periculum ipsi imminet: ita etiam
excusari videtur Confessarius, quominus in-
tegram confessionem teneatur audire, ex qua
sibi mortem probabiliter timet. Laym. l. 5. r.
6. c. 13. n. 4. Capeat. c. 1. d. 9. & c. 3. q. 29.
Zambran. c. 4. dub. 3. n. 12. Plura de Parocho
tr. de penit. inuenies.